CIRCULAIRE.

Évêché de St. Hyacinthe, 2 Avril 1864.

Monsieur,

En vous envoyant le mandement de ma Première Visite Pastorale, je vous réfère en même temps, à la présente Circulaire [illegible]. Elle contient quelques directions assez importantes, comme vous pourrez voir [illegible].

L'expérience de mes deux Tournées Episcopales [illegible] insister à ce que vous tâchiez de préparer vous-même, de [illegible] de vos paroissiens qui se disposent à être confirmés. C'est le moyen que plusieurs [illegible] d'attendre jusqu'à l'arrivée de l'Evêque, pour se confesser. Vous [illegible] embarras regrettables peuvent découler de ces confessions tardives.

Il est probable que je profiterai de mes [illegible] paroisses que je vais visiter, pour faire faire une collecte, pour m'aider à payer la pension au Séminaire, des Ecclésiastiques dépourvus de moyens. Veuillez en préparer vos gens.

[illegible]

Votre dévoué Serviteur,

† Jos., Év. de St. Hyacinthe.

ITINÉRAIRE DE LA VISITE.—1864.

La Présentation	1, 2, 3 Juin.	St. Simon	18, 19, 20 Juin
St. Barnabé	3, 4, 5 "	Ste. Rosalie	20, 21, 22 "
St. Jude	5, 6, 7 "	St. Dominique	22, 23, 24 "
St. Aimé	7, 8, 9 "	St. Valérien	24, 25, 26 "
St. Marcel	9, 10, 11 "	Ste. Cécile	26, 27, 28 "
St. Hugues	11, 12, 13 "	St. Pie	28, 29, 30 "
Ste. Hélène	13, 14, 15 "	St Paul	30 Jn, 1, 2 Juillet
St Ephrem	15, 16, 17 "	St. Césaire	2, 3, 4 "
St. Liboire	17, 18, "	St Damase	4, 5, 6 "

23 juin 1866

PRÉSENTÉ

PAR

MGR. L'EVEQUE DE ST. HYACINTHE,

A SON CLERGE,

COMME SOUVENIR DE LA RETRAITE

DE 1866.

VENERABILI FRATRI CAROLO EPISCOPO SANCTI HYACINTHI.

PIUS P. P. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Nuper Nobis redditæ sunt observantissimæ Tuæ Litteræ die 24 proximi mensis Maii datæ, quibus significas, Te Nostris mandatis obsequutum non sine levi timore istius Sti. Hyacinthi Ecclesiæ regimen suscepisse, cui Te Episcopum et pastorem præficiendum esse censuimus. Ac singularem Tuam ergà Nos, et hanc Petri Cathedram pietatem et observantiam luculenter confirmans declaras, Venerabilis Frater, Te propriis viribus plane diffisum Tuam omnem in Deo spem collocare, quo gravissimum munus Tibi à Nobis commissum sustinere queas. Tuere porro hos egregios religiosæ Tuæ mentis sensus catholico Antistite omnino dignos, ac divino illius auxilio innixus, qui humilibus dat gratiame, labora veluti bonus Christi Jesu miles, et in

majorem Dei gloriam animarumque salutem procurandam strenue incumbe. Atque imprimis nihil antiquius habere velis, quam divinæ fidei nostræ depositum integrum, inviolatumque custodire, et catholicæ Ecclesiæ causam, jura, doctrinam, libertatemque impavide tueri, et propugnare. Omnem adhibe vigilantiam, ut ecclesiastici viri propriæ vocationis, dignitatisque semper memores virtutum omnium exempla christiano populo præbeant, proprii ministerii munia sancte, scienter, et accurate obeant, orationi instent, sacras potissimum disciplinas assidue excolant, et sempiternæ hominum saluti studiosissime inserviant. Te autem minimè latet, Venerabilis Frater, quam vehementer Ecclesiæ intersit in hac præsertim tanta temporum asperitate idoneos habere ministros, qui valeant præliari prælia Domini. Cum autem hujusmodi ministri nonnisi ex Clericis optime institutis fieri possint, tum omnes Tuas curas, cogitationesque in id semper intende, ut adolescentes Clerici vel ab ineunte ætate per probatissimos Magistros et ecclesiasticum spiritum, et litteras ac severiores disciplinas præcipue sacras ab omni prorsus cujusque erroris, et profanæ novitatis periculo alienas diligenter addiscant. Ac pari sollicitudine, studioque continenter cura, ut utriusque sexus juventus tot periculis obnoxia et sanctissimis augustæ nostræ religionis documentis, ac præceptionibus sedulo imbuatur, et ad pietatem, honestatem, omnemque christianam virtutem formetur. Ne desinas unquam pro episcopali Tuo zelo omnem dare operam, ut fideles tibi traditi quotidie magis divini verbi præconio, Sacramentorum administratione, et multiformis gratiæ Dei dispensatione accurate nutriantur, quo divertant à malo, et faciant bonum, et alacriori usque pede incedant per semitas Domini, et crescant in scientia Dei, et cognitione Domini Nostri Jesu Christi, et instent viam, quæ ducit ad vitam. Probe autem noscis quibus nefariis omnis generis insidiis, quibusque monstrosis opinionum portentis Dei, hominumque hostes omnium animos mentesque corrumpere, et a religione catholica avellere conantur. Quamobrem, Venerabilis Frater, ne cesses quâ voce, qua opportunis scriptis pravas adversariorum fraudes detegere, ac perniciosissimos eorum errores refellere, et fideles Tuæ curæ commissos monere exhortari, ut in sanctissimæ nostræ religionis professione

stabiles, et immoti permaneant, ac nunquam se decipi, et in errorem induci patiantur. Et quoniam apprime scis, Te pro Christo legatione fungi, qui venit quærere, et salvum facere quod perierat, iccirco nullis curis, nullis consiliis nullisque laboribus parcere unquam velis, ut miseros errantes ad rectum veritatis, justitiæ salutisque tramitem reducere, illosque Christo lucrifacere possis. Inter angustias vero, et difficultates, quibus episcopale ministerium hisce præsertim tristissimis temporibus est obnoxium, ne concidas unquam animo, sed confortare in gratia Domini Nostri Jesu Christi, præ oculis habens immarcescibilem illam gloriæ coronam ab ipso æterno Pastorum Principe perseverantibus promissam. Pro certo autem habe, Nos a Deo humiliter enixeque exposcere, ut uberrimis cælestis suæ gratiæ donis Te ditare ac pastoralibus Tuis curis benedicere velit quo ista Dominicæ suæ Vineæ pars Tuis excolenda laboribus Tuisque irriganda sudoribus uberrimos, lætissimosque justitiæ fructus in dies emittat. Ac divini hujus præsidii auspicem et præcipuæ Nostræ in Te benevolentiæ pignus Apostolicam Benedictionem toto cordis affectu Tibi ipsi, Venerabilis Frater, cunctisque Clericis Laicisque fidelibus Tuæ vigilantiæ concreditis, peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 28 Junii anno 1866.

Pontificatus Nostri anno Vicesimo primo.

(Sign.) PIUS P. P. IX.

(Pro apographo,)

L. Z. MOREAU, Pter.-Secretarius.